



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

30. De veritate corporis Christi in Eucharistia. De Eucharistia in puerulum mutata, itemque in carnem sanguine cruentatam, propter quendam incredulum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

64 COLLATION. SACRAR.  
cians, nullum referendæ gratiæ maius  
officium.

*Ex vitis sanctorum Patrum, contigit autem circa  
num Domini 392. & citatur à Ioanne Garen  
consensu vniuersalis Ecclesiæ, de veritate cor  
ris Christi in Eucharistia, Centenario 4. De Eu  
ristia in puerulum mutata, itemque in caro  
sanguine cruentatam, propter quendam incredul*

CAP. XXX.

**D**ixit Arsenias de quodam sene in Sc  
(*Lib. de providentia 2. contemplatione.*)  
erat magnus in hac vita, simplex autem in  
de, & errabat, quia idiota erat, & dicebat  
esse naturaliter corpus CHRISTI panem  
consecratum, quem sumimus, sed figuram  
eius. (*Guimundus libro tertio de Eucharistia.*)  
audientes duos senes, illum dicere hunc  
monem, & scientes, quia magna esset  
eius & conuersatio, cogitauerunt, quod  
nocenter & simpliciter hoc diceret, venerunt  
ad illum, & dicunt ei: Audiuimus, Abba, ser  
monem cuiusdam infidelis, qui dicit: quod  
panis, quem in sacra communionem sumimus  
non est naturaliter corpus CHRISTI secun  
dum veritatem, sed figura eius. Senex autem  
respondit eis: Ego sum qui illud dixi: illi au  
tem rogabant eum, dicentes: Non sic creditur  
Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradit. Nos  
autem credimus, quia panis ipse corpus Chris  
ti est, calix iste sanguis Christi, secundum ve  
ritatem  
in prin  
mauit  
potest  
uis d  
dixit  
cundu  
autem  
hi sati  
Depre  
sterio  
nobis  
monem  
Dom  
dulus  
am ex  
Christi  
in cel  
Dom  
rium  
um.  
mad  
Eccle  
le sti  
rum,  
sunt  
posit  
lis ta  
per a  
nus,  
ita



ritatem, & non secundum figuram : sed sicut  
in principio puluerem de terra accipiens plas-  
mauit hominem ad imaginem suam, & nemo  
potest dicere, quia non erat imago Dei, quam-  
uis de terra & puluere sit: ita & panis, quem  
dixit; quia corpus meum est, credimus quia se-  
cundum veritatem corpus Christi est. Senex  
autem ait eis: Nisi re ipsa cognouero, non mi-  
hi satisfacit ratio vestra. Illi verò ei dixerunt.  
Deprecemur Deum hebdomada hac de my-  
sterio hoc, & credimus, quia Deus reuelabit  
nobis. Senex autem cum gaudio suscepit ser-  
monem istum: & deprecabatur Deum dicens:  
Domine, tu nosti, quia non ex malitia incre-  
dulus sum rei huius, sed quod per ignorantiam  
errem. Reuèla ergo mihi Domine IESU  
Christe quod verum est. Sed & illi abeuntes  
in cellas suas rogabant & ipsi Deum, dicentes:  
Domine Iesu Christe, reuèla seni isti myste-  
rium hoc, vt credat, & non perdat laborem su-  
um. Exaudiuit Dominus vtrosque, & hebdo-  
mada completa, venerunt dominico die in  
Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedi-  
le stirpem, quod in modum fascis erat liga-  
tum, medius autem sedebat senex ille. A perti-  
sunt intellectuales eorum oculi, & quando  
positi sunt panes in altari, videbatur tribus il-  
lis tantummodo tanquam puerulus iacens su-  
per altare, & cum extendisset presbyter ma-  
nus, vt frangeret panem, descendit angelus de  
caelo,

caelo, habens cultrum in manu, & sacrificium  
puerulum illum, sanguinem verò eius  
picbat calice. Cùm autem frangeret presbiter  
in parua frusta panem, etiam angelus in-  
bat membra illius pueri in modicas par-  
tibus. Cùm verò accessisset senex vt acciperet  
etiam communionem, data est ipsi solus  
sanguine cruentata. Quod cùm vidisset, pro-  
stratus, & clamauit, dicens: Credo Domine  
quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum  
est: & calix sanguis tuus est. Et statim factus  
est illa caro in manu eius panis secundum  
mysterium, & ore sumpsit illum agentes gratiam  
Deo. Dixerunt autem ei senes illi, Domine Deus  
nouit humanam naturam, quod non potest  
vesci carnibus humanis, & propterea trans-  
formauit corpus suum in panem, & sangui-  
nem in vinum.

*D. Ioannes Chrysostomus lib. 6 de Sacerdotio. De  
modo tempore sacrificij. Missæ locus altaris  
nisi Angelorum choris plenus sit, atque horum  
modi angelorum multitudine à quodam corpore  
factam esse.*

## CAP. XXXI.

**C**UM autem (Sacerdos) Spiritum sanctum  
inuocauerit, sacrificiumque horrore ac  
uerentia plenissimum perfecerit, communi-  
onem Domino manibus assidue petra-  
to, quæro ex te, quoto illum in ordine col-  
locabimus? quantam autem ab eo integritatem